



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Pontifex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

glyphico præmia merentibus impendi atque distribui, hinc scelerum convictis castigationem impendere significantes. Sed enim species hæc duas secum mulieres captivas trahit, unam, quæ fractum enses manu præterdit, alteram, quæ conto innititur, duo ex hoc figmento vitia domita indicantes, ut ex utriusque medio virtutem ipsam adstruerent, per fractum scilicet enses severitatem nimiam retusam cohibitamve intelligentes: per contum, lenitudinem ad ferulam revocatam, qua judicia plus æquo producebantur. Ind enim contatio, quæ retardationem significat. Lenti vero sunt, qui nullo atroci quantumlibet scelere concitantur, neque publicis neque privatis injuriis commoventur. Sunt tamen & alia justitiæ hieroglyphica, quæ locis suis, prout res exigit, exponuntur. Apostolus tamen ait, judicem esse Dei ministrum, ideoque non sine causa portare gladium: vindex enim in iram ei, qui male operatur. Et quoniam satis constat gladium severitatis animadversionisque indicium esse, prætereundum non est, quod in Divinis literis sæpe mentio fit ancipitis gladii, cujus hieroglyphicum est, quod in judicio corpus atque animam punire simul potest, vel quod & supplicio præsentis pœnæ, & futuræ metu puniat. Ita accipi ancipites gladios in Sanctorum manibus. Nam ut & Eucherius ait, qui mundi peripsamata, & quiescentia creduntur, de nationibus ac Regibus judicabunt.



IRRITATIO. CAP. LXII.

*Quales for-
san gladii
Delphici.*
*Περὶ οὐδὲ
εἰς ἕν
οὐδὲ ἄλλο.*
*Ignem
gladio ne
foedito.*
*Satyræ 3.
Hu adde
crucorem,
atq. ignem
gladio ser-
vare.*
*Ἰδὼς ὅ-
τι ἐγὼ
πλὴν ἤθεον.*
*Lucianus
in scilicet.*
*Apud Te-
rentium in
Phormion.*
*A casoma-
triu utero
dicitur Ca-
sar, vel ab
Elephanto
caso. Unde
casones et-
iam dicitur.*
*Meminit
Suet. in Ty-
berio. c. 10.*
Esaiæ 27.

Ignem vero gladio dissecare, quid sibi velit apud Pythagoram, non facile fuerit augurari, cum in ejusmodi symboli enarratione diversi abeant præclari admodum viri. Nam D. Hieronymus, atque etiam Cyrillus, impudentem, ac ira percitum animum asperitate verborum (is enim gladius est) non esse lacepsendum exponunt. Diogenes, potentiorum iracundiam non incitandam interpretatur, cui sententiæ subscribit etiam Plutarchus. Et Flaccus Horatius cum in Sermonibus dixit, atque ignem gladio secare, nihil aliud prorsus sibi voluit, nisi admonere nos, ne magnorum hominum indignationem adversus nos provocaremus, lacepsere musve.

NULLIUS FRUGIS OPUS. LXIII.

Rem, quæ neque usui, neque efficaciam respondere possit, non sollicitandam, attendendamve. Lucianus, Basilius, & Plato, hinc significari arbitrati sunt, quorum si qua est autoritas, apud admodum, qui studium in nullius frugis opere infumptum significari voluerit, hominem pinget flammam gladio dissecantem. Cui simile dicitur illud, *Aquam in mortario tundere*: neque non, *Lave rem lavare*.

CÆSAR. CAP. LXIV.

Quod vero fabulantur Cæsarem per cultrum significari, juniorum inventum est, non infelix tamen. Nam cultrum pro dissolvendi incidendive significato poni apud Jamblichum reperias, in iis, quæ scripsit ad Porphyrium.

PONTIFEX. CAP. LXV.

Am & inter insignia Pontificum, Flaminumve, cultri species aspicitur oblonga, manubrio, quod Jex ebore fieri solebat, & ex auro, vel ex argento, rotundo, solido ad capulum juncto, fixo clavibus æreis, ære Cyprio, ut apud Pompejum legitur, cui à secando secespita nomen fuit.

SPIRITUS SIBI REDDITUS. CAP. LXVI.

Quinetiam Pontificis nostri JESU CHRISTI gladius celebratur, qui, ut celebri pentametro fertur,
Non venit pacem mittere sed gladium.
quod apud Matthæum præcipue legitur. Apud Esaiam vero Dominus intentato gladio visitare fertur. Per hunc Adamantius dissectionem Spiritus à carne videtur intelligere. Carnis enim sunt fornicatio,